



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aquinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Disputatæ Dicuntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum in reuelatione prophetica imprimantur diuinitus in mente prophetæ
nouę rerum species, vel solum intellectuale lumen.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

in libro præscientie dicuntur legere hac similitudine, quia ex ipso libro diuinæ præscientiæ efficitur rerum futurarum notitia in mente prophete: sicut ex lectione libri efficitur notitia rerum, quæ scribitur in libro in mente legentis, non autem quantum ad hanc similitudinem quod propheta ipsam Dei præscientiam videat, sicut legens in libro materiali videt librum materiale. Vel potest dici, quod sicut notitia, quæ fit in mente prophete, est speculatio eternitatis æternitatem representans, ita potest dici liber præscientiæ quasi materialiter: quia in ea notitia Dei præscientia quantum ad aliquid describitur.

Ad i. dicendum, quod quamuis omnis cognitio a diuina præscientia deriuatur, non tamen omnis cognitio representat eam; ut ratione æternitatis etiam futura presentialiter intueatur. vñ non potest dici qualibet scientia speculum æternitatis, sed in hoc priuilegiata ostenditur cognitio prophetarum.

Ad ii. dicendum, quod rationes futurorum contingentium secundum immobilem veritatem originaliter sunt in mente diuina; sed exinde effluunt in mentem prophete, & sic in reuelatione accepta propheta futura immobiliter cognoscere potest.

Ad iii. dicendum, quod forma recepta sequitur modum recipientis quantum ad aliquid, prout habet esse in subiecto. Est. n. in eo materialiter, vel immaterialiter multipliciter vel uniformiter, secundum exigentiam subiecti recipientis. Sed quantum ad aliquid forma recepta trahit subiectum recipiens ad modum suum, prout s. nobilitates quæ sunt de ratione formæ communicantur subiecto recipienti, sic. n. subiectum per formam perficitur & nobilitatur. Et hoc modo per gloriam immortalitati corpus corruptibile imortale efficitur, & similiter per irradiationem ab immobili veritate eleuatur mens propheta ad hoc quod mobilia immobiliter videat.

Ad v. dicendum, quod quia futurorum notitia Deo est propria, ideo non potest accipi nisi a Deo: tamen non oportet quod ipsum Deum videat quicumque a Deo futura cognoscit.

Ad vi. dicendum, quod mens prophete secundum philosophum, speculo intelligentiarum siue præscientiarum coniungitur, non quod ipsas intelligentias videat, sed quia ex ipsarum irradiatione, earum præscientiæ particeps fit.

Ad vii. dicendum, quod est secundum fidem, finis humana uita est, ut homo speculo altiori coniungatur, sed ad hunc finem pertingitur solus in patria, non in via.

Ad viii. dicendum, quod speculum in quo videtur propheta quis sit typale, tñ est Dei, æternæ præscientiæ representans, & secundum hoc in speculo æternitatis videt.

Ad ix. dicendum, quod quamuis sol non possit dici speculum rerum uisibilitatum, tñ res uisibiles quodammodo possunt dici specula solis, in quantum in eis claritas solis resurgit, & sic etiam notitia in mente effecta dicitur æternitatis speculum.

Ad x. dicendum, quod perfectior est uisio quam uisus Dei ut est species rerum, quam illa qua uisus, ut est beatitudinis obiectum: quia hæc illam præsupponit & eam perfectiorem esse ostendit. Perfectior enim uidet causam, qui in ea eius effectus inspicere potest, quam qui solam essentiam causæ uidet.

Ad xi. dicendum, quod relatio qua Deus refertur ad unam creaturam, non præsupponit relationem, qua refertur ad alteram: sicut relatio qua refertur ad creaturam præsupponit ipsam rei essentiam absolute, & sic ratio non sequitur.

Ad xii. dicendum, quod uerbum aug. non est referendum ad uisionem prophetarum: sed ad uisionem

sanctorum in patria uel eorum qui in statu uigilantium secūdum modum patriæ, ut paulus in rapto.

Ad xiii. Dicendum, quod de immobili ueritate futurorum propheta iudicant per ueritatem increata, non quia eam uideant: sed quia ab ea illustrantur. Libres autem qui sunt in contrarium, concedimus, quantum ad hoc quod non uident ipsum Deum æternum, quoniam in speculo eternitatis uideant, ut dictum est. Duæ tñ ultimæ rationes non recte concluduntur: quoniam quis Deus sit oino uniformis, tñ in eo rerum cognitio distincte accipi potest, prout ipse est ratio unitatis iusque. Similiter quoniam speculum a materiali uel spirituali transferat, non tñ hæc translatio attendit secundum omnes conditiones speculi materialis, ut quilibet eorum in speculo spirituali oportet obseruare; sed solum secundum representationem.

ARTICVLVS VII.

Utrum in reuelatione prophetica imprimantur diuinitate mente prophete noua rerum species uel solum intellectuale lumen.

SEPTIMO queritur, utrum in reuelatione prophetica imprimantur diuinitus in mentem prophetæ noue rerum species, uel solum intellectuale lumen. Et ut quod solum lumen sine speciebus, quia uel habet in glo. 2. Cor. 13. sola uisione intellectuali, dicitur aliquid per prophetas: sed uisio intellectualis non est de rebus per rerum similitudines, sed per ipsas rerum essentias, ut ibidem dicitur, ergo in uisione prophetica nullæ species in mente prophete sunt.

¶ 1. Præ. Intellectus abstrahit a materia & materialibus conditionibus. si igitur in uisione intellectuali quæ facit prophetiam, sicut aliquæ similitudines, uel similitudines non erunt admixtæ materiæ uel conditionibus materialibus, ergo per eas propheta non poterit cognoscere particularia, sicut ueritas salia, solum, quod est falsum.

¶ 2. Præ. Earum rerum de quibus fit prophetia reuelatio, habent prophetæ aliquas species in mente sua. sicut Hier. qui prophetabat combustionem Hierosolymæ; in anima sua habebat speciem ciuitatis illius a sensu acceptam, & similitudinem ignis comburentis quem frequenter uiderat. Si igitur alie species earundem rerum menti prophete diuinitus imprimantur, sequitur, quod sint duæ formæ: cuiusmodi rationis in eodem subiecto, quod est inconueniens.

¶ 3. Præ. Uisio qua uidetur diuina essentia, est prior quam illa qua uidetur essentia diuina non sufficit ad accipiendam cognitionem de rebus, ubi uideantur, alias uidentur diuinam essentiam uiderent, ergo nec species quacumque menti prophete imprimantur, poterunt prophetiam dicere in rerum cognitionem.

¶ 4. Præ. Illud quod quis potest propria uirtute discernere, non oportet quod in propheta diuina operatione fiat: sed quilibet potest rerum quorumlibet in mente sua species formare per uirtutem imaginariam, quæ componit & diuidit imagines a rebus acceptas, ergo non oportet, quod aliquæ rerum species in anima prophete imprimantur.

¶ 5. Præ. Natura operatur breuiori uia qua potest multo magis Deus quod ordinatus operatur: sed breuior uia est, ut a speciebus, quæ in anima prophete sibi ducatur in rerum aliquale cognitionem, quam ex aliis speciebus de nouo impressis, ergo non ut quod aliquæ species de nouo imprimantur.

¶ 6. Præ. Dicitur gl. Hier. Amos 1. Prophetæ uirtute similitudinibus rerum in quibus conuersari sunt, hoc autem non esset si eorum uisiones fierent per speculum.

de nouo impressas. ergo nõ imprimuntur aliquę species de nouo in animam propheta: sed solum lumen propheticum.

SED CONTRA, visus non determinat ad aliquid determinatũ visibile cognoscendũ p lumẽ, sed p spẽs visibiles: & similiter intellectus possibilis nõ determinat ad intelligibilia cognoscẽda p lumẽ intellectus agentis, sed p species intelligibiles. eũ ergo cognitio prophetae determinet ad qdã, que prius non cognoscebat, uidetur qd non sufficiat luminis infusio, nisi etiam species imprimantur.

¶ 2. Pret. Diony. dicit i. c. Coel. Hier. quod impossibile est nobis superlucere diuinũ radiũ, nisi varietate sacrorũ uelaminum circumuclatum: uelami- na autã appellat figuras: ergo propheta non infunditur lumẽ intelligibile, nisi figuratiuis speciebus.

¶ 3. Pret. In oĩb. prophetis infusio luminis eũ unioformis: sed nõ oĩs propheta unioformẽ cognitionẽ accipit, cũ quidã de presenti, quidã de pterito, quidã de futuro prophetent, ut gl. Greg. dicit su per principium Ezech. ergo non solum lumẽ prophetis infunditur: sed aliquę species imprimunt, quibus prophetarum cognitiones distinguunt.

¶ 4. Pret. Reuelatio propheticã fit sũ locutionẽ interiorẽ ad prophetã p Deum, uel per angelum factã: sicut patet omnium prophetarũ scripta iutuẽ: sed locutio omnis fit p aliqua signa. ergo reuelatio propheticã fit p aliquas similitudines.

¶ 5. Pret. Visio imaginaria, & intellectualis sunt excellentiores corporali: sed qñ fit visio corporalis supernaturaliter tũc nõã species corporalis uidentis oculis exhibet, sicut patet de manu scribẽtis in pariete ostẽsa Balth. Daniel s. ergo multo amplius oportet, qd in uisione imaginaria & intellectuali supernaturaliter factis, noua species imprimantur.

RESPON. Dicendum, qd propheta est qdam supernaturalis cognitio. Ad cognitionem autem duo requiruntur. acceptio cognitorum, & iudicium de acceptis, ut supra dictum est. Quisq; igitur cognitio est supernaturalis sũm acceptioem tũ: qñque sũ iudicium tantum: qñque sũ utriq;.

Si autem sit sũm acceptioem tũ supernaturalis, nõ dicitur ex hoc aliquis propheta: sicut Pharaon non est dicendus propheta, qui supernaturaliter accepit futurã fertilitatis & sterilitatis indicium, sub bouum & spicarum figuris. Si uerõ habeat supernaturale iudicium, uel simul iudicium & acceptioem, ex hoc dẽ esse propheta. Acceptio autem supernaturalis non potest esse, nisi sũm tria genera uisionis. s. sũm uisionem corporalem, qñ aliqua corporalibus oculis diuinitus demonstrat, ut manus scribẽtis Balth. & sũm imaginariã uisionem, qñ diuinitus aliqua rerũ figurã prophetis ostenduntur, ut olla succensa Hie. & equi & mōres Zachariae, & sũm intellectualem, qñ aliqua intellectuũ ostenduntur supra naturalem facultatem. Cum autem intellectus humanus sit in potẽtia naturali ad omnes formas intelligibiles sensibilibus rerum, non erit supernaturalis acceptio, quæcũq; species intelligibiles in intellectu fiant: sicut erat supernaturalis acceptio in uisione corporali, qñ inspicuntur res, quæ non sunt sũm naturam formatae: sed solummodo diuinitus ad aliquid ostendẽdum, & sicut erat supernaturalis acceptio in uisione imaginaria, quando uñr aliqũe similitudines non a sensibus accepta: sed per aliquam uim anime formatae: sed tunc solum intellectus supernaturaliter accipit, quãdo uidet ipsas substantias intelligibiles per essentiam suam, ut

A pote Deum, & angelos, ad quod pertingere non potest secundum virtutem nature suæ. Inter has autem tres supernaturales acceptiones, hæc ultima excedit modum prophetiæ. unde dẽ Num. 12.

Si quis fuerit inter uos propheta Domini, in somnio, aut uisione loquar ad eũ: non talis seruus meus Moyses, qui palã, & nõ per figuras & ænygmata uidet Deum. Videre Deum in essentia sua, sicut uidetur in raptu, uel sicut uidetur a beatis, aut uidere alias substantias intelligibiles per essentiam suam, modum prophetiæ uisionis excedit: sed prima supernaturalis acceptio, quæ est sũm corporalem uisionem, est infra propheticã acceptioem, quia per hanc acceptioem non pterit propheta alijs quibuscũque, cum specie diuinitus formatam ad uidendum, oēs æqualiter uidere possint. Supernaturalis ergo acceptio, q est propria propheta, est acceptio imaginariã uisionis. Sic ergo omnis propheta uel habet tũ iudicium supernaturale de his quæ ab alio uidentur, sicut Ioseph de uisis a Pharaone: uel hẽt acceptioem simul cum iudicio, sũm imaginariã uisionem. Iudicium igitur supernaturale propheta datur, secundum lumen ei infusum ex quo intellectus roboratur ad iudicandum. & quantum ad hoc nullæ species pexiguntur: sed quantum ad acceptioem requiritur noua formatio specierũ, siue ut fiant in mente species, quæ prius non fuerunt, utpote, si alicui cæco nato imprimerent species colorum, siue ut species pexistentes ordinẽtur & componant diuinitus tali modo, qui cõpõrat significationi rerum, quæ debent prophetæ ostendi. & per hunc modum concedendum est, quod propheta reuelatio non solum fit secundum lumen, sed secundum species, quandoque uero secundum lumen tantum.

AD PRIMUM ergo dicẽdũ, q quãuis propheta non dicatur nisi qui habet intellectualem uisionẽ, non tamen sola uisio intellectualis ad prophetiam pertinet, sed imaginariã, in qua species formari pnt, conuenientes etiam ad singularium representationem. Unde patet solutio ad secundũ.

AD TERTIUM dicendum, q illarum rerũ quas propheta uidit, non oportet, ut ei denuo infundantur: sed ex speciebus referuatis in thesauro uirtutis imaginariã fiat quãdam aggregatio ordinata, conueniens designationi rei prophetiã datur.

AD QUARTUM dicẽdũ, q diuina eĩsẽtia qũ in se e, expressius representat res quaslibet, quã quilibet species uel figura: sed ex hoc qd aspectus intrinsecus vincit ab eminẽtia illius essẽtiæ, cõtingit qd eĩsẽtia uideat, nõ oĩa uidet, q representat. Species uero in imaginatiõẽ ipressã, sunt nobis pportio nate. uñ ex eis in rerũ cognitionẽ possumus puenire.

AD QUINTUM dicẽdũ, q sicut in eo q ex signis scientiã accipit, signorũ cognitio est uia duces ad res ipsas: ita eõuerso in eo q significat aliqd, cognitio rei significandẽ psupponit ad formationẽ signorũ, nõ. n. potest aliquis rei quã ignorat cõgrua signa adhibere. Quãuis igitur homo quilibet possit quaslibet imagines formare naturali uirtute: tñ quod formet cõueniẽter rei figurã significandã nõ potest fieri, nisi ab eo qui rerũ illarũ cognitionem habet, & sũm hoc formatio imaginariã uisionis in propheta supernaturalis existit.

AD SEXTUM dicẽdum, q species illa q pexistit in ui imaginatiua propheta, prout ibi existit, nõ sufficiunt ad significationem rerũ futurarum, & ideo oportet quod diuinitus aliter transformentur.

Quæst. d. S. Tho. BBB AD

Perum ante

Hom. 1. in Ezech. non remore a principio

E

Ad septimum dicendum, quod species prae-
existentes in imaginatione prophetæ sunt quasi
elementa illius visionis imaginariæ, quæ diuini-
tus ostenduntur, cum ex eis quodammodo com-
ponatur & exinde contingit, quod propheta vi-
tur similitudinibus rerum in quibus cooperat:
sed quia non semper per aliquas species fit reue-
lacio prophetica, ut dictum est, ideo ad rationes
in contrarium adductas respondere oportet.

In corp. ar.

Ad primum dicendum, quod si in propheta non de-
terminatur cognitio ad aliquid per intellectuale
lumen, quasi ei datur solummodo supernaturale iu-
dicium, determinatur tamen per species ab alio visas,
sicut cognitio Ioseph per species visas a Pharaone,
non per species visas a seipso. Supernaturaliter
autem solummodo dicitur, quod diuini luminis ra-
dius solummodo prophetæ semper quidem velans egre-
ditur, non ita quod semper species infundatur quia ra-
dius prædictus speciebus existentibus adgustetur.

Ca. 5. a me.

Ad quartum dicendum, quod sicut dicit Greg.
in 2. Moral. Deus ad angelos loquitur eo ipso, quod
cordibus eorum occulta sua iudicia ostendit, & si
multum subinquit, quod animabus sanctis loquitur,
in quantum eis certitudine infundit. Sic ergo locu-
tus non qua Deus prophetis locutus esse dicit in scriptu-
ris, non solum attenditur, quantum ad species re-
rum impressas, sed et quantum ad lumen inditum,
quo mens prophetæ de aliquo certificatur.

Ca. 5. a me.

ARTICULVS VIII.

Utrum omnis prophetia reuelatio fiat angelo mediante,
Craso quærit, utrum omnis reuelatio propheti-
ca fiat angelo mediante, & ut quod non, quia
ut dicit Aug. 6. de Tri. quorundam mentes ita eleuã
tu, ut non per angelum, sed in ipsa summa rerum ar-
te incommutabiles videant rationes. hoc autem ma-
xime videtur competere prophetis. ergo reuelacio
eorum non fit angelo mediante.

2. 2. q. 172.
arti. 2.
Epist. 112.
ca. 12. 10. 3.

2. Præ. Dona Spiritus sancti immediate sunt a
Deo, & habitus infusi: sed prophetia est donum
Spiritus sancti, ut patet 1. Cor. 13. est etiam quoddam lu-
men infusum, ergo est a Deo sine angelo mediante.

Ar. 3. huius
quæst.

3. Præ. Prophetia quæ ex virtute creaturæ procedit, est
prophetia naturalis, ut supra dictum est: sed angelus est
creatura quodammodo, ergo prophetia quæ non est naturalis, sed
Spiritus sancti donum, non proficitur angelo mediante.
4. Præ. Prophetia proficitur in infusionem lumi-
nis, & impressionem specierum: sed neutrum horum
possibile fieri per angelum, quia vel esset creator lu-
minis, vel speciei, cum hæc non possint fieri, nisi ex
nihilo, ergo visio prophetica non fit angelo mediante.
5. Præ. In definitione prophetiæ dicitur, quod
prophetia est diuina reuelatio, vel inspiratio: si
autem fieret angelo mediante, diceretur esse angeli-
ca, non diuina, ergo non fit mediante angelis.

6. Præ. Sap. 7. dicit, quod diuina sapientia per
rationes in animas sanctas se transtert, & amicos
Dei, & prophetas constituit. ergo ab ipso Deo im-
mediate aliquis propheta constituitur non pangenitio:
sed contra est, quod Moyses aliis prophetis
excellentiore fuisse videtur, ut patet Num. 11. & Deut.
34. sed Moyses facta est diuinitus reuelatio me-
diante angelis, unde dicit Gal. 3. quod lex ordina-
ta est per angelos in manu mediatoris. & Act.
de Moysse. Hic est, qui fuit in Ecclesia in solima-
ne, cum Angelo, qui loquebatur ei in monte Sinaï,
& cum patribus nostris. ergo multo fortius omnis
prophetia mediante angelo reuelatione accipitur.

2. Præ. Dion. dicit 4. c. Coel. Hierar. quod diu-
nas visiones gloriosius patres nostri adepti sunt per
medias coelestes uirtutes.
3. Præ. Aug. dicit in lib. de Trin. quod omnes
apparitiones patribus factæ in veteri testamento,
fuerunt per angelos administratas.
Respons. Dicendum, quod in reuelatione prophe-
tica duo concurrunt, scilicet illustratio, & for-
matio specierum in imaginatiua uirtute. In primis
ergo prophetica lumen, quo mens prophetæ
illustratur, a Deo originaliter procedit: sed tamen
ad eius congruam susceptionem mens humana
angelico lumine confortatur, & quodammodo figu-
ratur. Cum autem diuinitus sit simplicissimum, &
vniuersalissimum in uirtute, non est proportione-
tum ad hoc, quod ab anima humana in figuram
percipitur, nisi quodammodo contrahatur, &
specificetur per coniunctionem ad lumen angelicum,
quod est magis contractum, & humane mens
magis proportionatum: sed ipsa formatio spe-
cierum in imaginatiua uirtute proprie angelicus
est attribuenda, eo quod tota corporalis creatura
administratur per creaturam spiritus sancti, ut Aug.
probat in 3. de Trin. Vis autem imaginatiua uiuunt
organo corporali, unde specierum formatio in
ipsa ad ministerium proprie pertinet angelorum.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut supra di-
ctum est, uerbum illud Aug. referendum est ad in-
fusione patris, vel ad uisionem raptus, non ad
uisionem propheticam.
Ad secundum dicendum, quod prophetia inter dona
Spiritus sancti computatur ratione luminis prophetici, quod
de a Deo infunditur immediate, quod ad eius con-
gruam receptionem cooperari ministerium angelicum.
Ad tertium dicendum, quod illud, quod fit a crea-
tura propria uirtute, est quodammodo naturale,
sed quod fit a creatura non propria uirtute, sed
in quantum est mota a Deo, vel ut quodammodo
diuina operationis instrumentum, est supernaturale. In p-
phetia, quæ hæt ortum ab angelo in naturalium
angelici cognitionem, est prophetia naturalis: sed
illa, quæ habet ortum ab angelo in supernaturalem
angelus reuelationem a Deo accipit, est supernaturalem
Ad quod dicitur, quod angelus neque lumen intellectum
humano creat, neque species in imaginatiua de o-
peratio angeli lumen naturale in intellectu humano
non diuinitus confortat, & in hoc hoc angelus
illuminare dicit. hoc est quod angelus in parte
mouere organum phantasia potest uisionem imaginati-
uam formare, sed in quod competit prophetia
Ad v. dicendum, quod actio non attribuitur in se, sed
principali agenti, sicut scilicet non dicitur esse effectus
ra. sed carpentarij & similiter cum a agens non
sit causa reuelationis prophetiæ, nisi sicut instrumentum
uinum per reuelationem a Deo perceptam, prophe-
tia non dicitur reuelatione angelica: sed diuina.